

Busso Matzelius

**Carmen Ex Theocrito De Comata, Qvod Pii Deo Sint Cvrae, Scriptvm à M.
Bvssone Matzelio Vuitstockensi. Cvi Additvs Est XCII. Psalmvs Continens
Gratiarvm Actionem, quod Deus Ecclesiam & pios seruet, deletis impijs &c. ab
eodem Phalæcio carmine redditus.**

Witebergae: Schwenck, 1559

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn898744199>

Druck Freier  Zugang



I



A

H




3



M

f. 82





**CARMEN EX
THEOCRITO DE COMATA,
QVOD PII DEO SINT
CVRAE, SCRIPTVM**

5
a

M. BVSSONE MATZELIO
Vuitstockensi.

CVI ADDITVS EST XCII. PSAL-
MVS CONTINENS GRATIARVM ACTIONEM,
quod Deus Ecclesiam & pios seruet, deletis
impijs &c. ab eodem Phalæcio car-
mine redditus.



VVITEBERGAE EX OFFI-
cina Laurentij Schuuenck.

M. D. LIX.

CARMEN EX
THOCRITO DE COMATA
GOD BI DEO SINT
CARMELENATUM

8

M. BASSONI MATERIO
Augsburgensis

CAI ADDITAS EST XCI. P. 81.
MAS CONTINENS GRATIARIA ACCTIONES
dumq; Deus Ecclesiastis bis; Regis; reges;
imbi; C. ap; copem; Hispano; caris
tunc; iedidimus.



AUTHEM GAE EX QEH
cuius; I. satcui; spiculue;

M. D. LIX.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC
DOMINO, D. IOHANNI ALBERTO, PRINCIPI
Megalburgensi, Duci Henetorum, Comiti Suerinensi &c. Domino
suo clementissimo M. Busso Matzelius Vuitstockensis
S. D.

Christe parens rerum cœtus seruabis alendo,
Dogmata qui spargunt ore stupenda patris.
Hos, licet & medijs trepidi iacentur in undis,
Tu tamen eripies pro bonitate Deus.
Fallere nam nescit tua mens diuina, tenentes
Verbi, doctrinam iussaque sancta, tui.
Semper enim supra uigilant tua lumina sanctos,
Ne noceat Dæmon qui mala multa struit.
Tu quoque perpetuò iustis alimenta ministras,
Ne premat hos curris imperiosa fames.
Conatus Sathanæ depellis Christe nefandos,
Queis cupit euersos qui tua scepta timent.
Et quamuis simules, quasi deseruisse fideles
Ac nostri curam deposuisse, uelis.
Tu tamen interea fabricator maxime mundi,
Non sinis euerti pectora nostra dolis.
Qui quoque falsorum diuum delubra frequentant,
Hi non sunt regni portio parua tuis.
Sed cupis absque mora nitido demittere cœlo
Auxilium nobis, qui tua turba sumus.
Exemplò potes intensas confringere uites
Tristibus, ac uitam Christe leuare, malis.
Atque preces nostras humiles exaudis, & illas
Perpetuò magnum pondus habere facis.
Tu fragilem uitam sustentas semper abunde,
Corpora ne pereant fessa ministerijs.
Nunc quoque sunt uarij casus quibus hostis acerbus,
His tendit laqueum qui tua uerba docent.

A ij Sed

Sed nos non terrore metus decet ista negare
Dogmata, quæ Christus sparsit in orbe palam.
Non etiam mortem dubitemus adire parati,
Nomine pro Christi nunc quod in orbe uiget.
Nam qui saluifici profert oracula Christi,
Purus, & æterna pace beatus, erit.
Hic mundus quamvis doctum mala multa subire
Cogat, & ardentes corpus adire rogos.
Hunc tamen eripiet Christus qui morte redemit,
Humanæ quicquid conditionis erat.
Semper enim diuina manus seruabit amantes,
Pectore sincero scripta sacrata patris.
Ut Siculî recte testatur fabula uatis,
Dulcisonum placido qui canit ore melos.
Hanc ego conabor tenui describere uersu,
Ac uelit inceptis Christus adesse meis.
Hæc Princeps generose tibi tradenda putauis,
Quod sis spectandus relligione pia.
Et doctos soleas ornare fauore benigno,
Artes præclaras nec minus ipse iuues.
Hic uidisse potes quam largo munere cuncti
Donentur, quicquam qui pietatis habent.
Rursus qui fuerint diuini nominis hostes,
Et populî dubium sponte sequentur iter.
Hos certe Belial leuiores tollet in auras
Perdet, & his, tribuet præmia digna, uiris.
Iamq; salutiferum summis conatibus oro,
Ut te conseruet Dux generose diu.

T. Celsitudini

addictissimus

M. Busso Matzelius
Vuitstockensis.

54

CARMEN EX
THEOCRITO DE COMATA,
QVOD PII DEO SINT
CVRAE.

PASTOR avarus erat qui per iuga montis Aprici
Pascebatur pecudes, cornigerosq; boues.

Caseus huic nunquam deerat, nec copia lactis,
Multarum rerum censor & asper erat.

Divitias multas dederat fortuna superba,
Passibus incertis semper in orbe uolans.

Et licet inumeros fructus cepisset avarus,
Nulla tamen uoluit soluere sacra Ioui.

Qui pluuijs largis picti rigat & quora campi
Et fœcundat agros terrigenasq; cibat.

Ille sibi precio seruum conduxerat olim,
Pasceret ut pecudes uelligerosq; greges.

Hic famulus poterat suaves armenta per herbas
Ducere, dum roseum sol iubar extulerat.

Carmine nec quisquam poterat superare Comatam,
Nam dulci plenum nectare corpus erat.

Quem sibi præ reliquis Musæ duxere colendum,
Quod semper ferret munera grata Ioui.

Hic etenim sacris Musis de more litabat
Agnum, cum Lunæ cornua plena forent.

Scilicet ut pecori grauido, uituliscq; tenellis,
Infestus, posset non nocuisse, lupus.

Ne quoq; mortiferæ fierent contagia pestis,
Aut pecus inficeret pernicioſa fames.

Audiit has querulas uoces Iouis aurea proles,
Quæ canit æterni nomina magna patris.

A iii Effecitq;

Effecit greges saluos errare Comatae,
Per teneras herbas quas scriit alma Ceres.
Non hos insidiæ poterant læsisse latentes,
Quas struit interdum sanguinolenta lupa.
Nec uiolenta lues pestis grastantis ouile
Perdebat, Musis cum sua dona dabant.
Et quamuis faceret dominum ditescere parcum,
Sacra Ioui peragens, Aonidumq; choro.
Hunc tamen iratus pastor (pia numina spernens)
Pro cunctis uolunt contemerare bonis.
Perrexit famulum furti damnare nefandi
Iudicis ante thronum, luce nitente noua.
Ut laqueo ualido uitam disrumperet arctam,
Nec posthac Musis sacrificaret oues.
Inde Comata pius quid me uis perdere, fatur,
Cum tibi nil nocui dum mea sacra tuli.
Quin potius melior subeat sententia pectus,
Ne ueniat cœlo pœna ferenda Desim.
Nam mea me pietas mouit, cum mense cadente,
Laurigeris Musis munera digna darem.
Pro qua relligione meos fecere per arua
Errauisse boues, lanigerosq; greges.
Ne scabies pecudum tentaret uellera turpis,
Pegasides nobis causa fuere Deæ.
Nil tamen hic sermo pastoris flexit auari
Pectora, quæ fuerant impia, plena dolis.
Sed potius spernit coelestia numina, Musas,
Ac Iouis imperium quod tremit omnis homo.
Nunc ait: experiar num te tua numina saluum
Conseruare queant, ac saturare cibo.
(Namq; tuae semper curam retinere salutis,
Dicebas superos, his tua sacra dabas.)

Arboris

Arboris in rimam steriliis cum corpore clausus,
 Non uictum capies, sed morire fame.
 Tunc supplex lachrymis duri placare uolebat
 Pectora pastoris, sed nihil ipse facit.
 Nam manet huic alto tristis sententia fixa
 Pectore, uix Iouis hanc dextra mouere potest.
 Et quamuis gelidam mortem uitare studebat,
 Attamen incassum uerba precantis erant.
 Innectens ergo famuli fera uincula collo,
 Arbore conclusit corpus inerme caua.
 Atq; pium cupiens semper retinere Comatam,
 Donec hic ad stygias præcipitetur aquas.
 Non tamen huic poterat guttur detrudere ferro,
 Namq; pios semper protegit umbra Dei,
 Improbis hunc postquam seclusit in ilice pastor,
 Auxilium tandem sensit adesse pio.
 Vnica namq; dies cœlo uix lapsa recessit,
 Cum mala turbato pectore multa tulit.
 Viderat hic scabiem pecudes corrumpere duram
 Pestiferamq; luem damna tulisse gregi.
 Nec uirides tutò poterant pauisse per herbas,
 Ob facinus rabidi, quod parat arte, lupi.
 Tunc igitur præceps fortuna recessit ab ipso.
 Inuisus superis redditus atq; fuit.
 Numina sæpe quidem spreuit cœlestia pastor,
 Nec ueros cultus præstítit ipse dijs.
 Propterea sceleris tandem persoluere poenas
 Cogitur, ac stygias forte subire domos.
 Ni se conuertat Iouis ad uenerabile templum,
 Ac ueniam supplex uoce tremente petat.
 Sed tamen huic doluit fidum clausisse Comatam,
 Plurima cum passus damna repente fuit.

A iiiij Hæc

Hæc etiam toto reputabat pectore secum,
Nunc ego sum certus numen adesse Iouis,
Præmia qui iustis soleat post tristia fata
Largiri, uite gaudia læta simul.
Sed mihi nolenti uenerari numina casta,
Causa mali fuerit quod modo sustineam.
Excutiens igitur sœuas de pectore flamas,
Nec famulum statuit perdere morte pium.
Sed cito constituit uiuum deducere seruum
Arboris ex rima qua modo captus erat,
Pasceret ut pecudes mutas per mollia prata,
Dulcibus ac Musis munera sacra daret.
Ad loca confestim pedibus properare studebat,
In quibus hæc arbor consita stabat adhuc.
Ac fidum famulum constricto robore clausum
Alloquitur paucis, talia uerba sonans:
Quis tibi, dum duro fueras in stipite captus,
Fercula grata tulit ne morerere fame?
Num tua (quæ semper mactabas ipse bidentem)
Numina seruarunt, atq; dedere cibos:
Aut tibi de cœlo misit rex Iuppiter alto,
Ambrosiam dulcem, nectar & æthereum?
Cui famulus retulit: mihi non alimenta tulerunt
Numina, quæ cœli climata celsa tenent?
Sed chorus Aonidum (qui nunc Helicona tenere
Dicitur, ac lepido plectra mouere sono.)
Huc examen apum misit, quæ cogere semper
Consuērant pressis dulcia mella fauis.
Hoc ego, dum captus retinebar in arbore, melle,
Nutritus, nouies sole micante fui;
Talia nunc animum subeunt pastoris, ut ipse
Errati ueniam poscat habere sui.

Aet;

Atq; Deum nouis curam retinere salutis
 Illorum, studium qui pietatis habent.
Insuper & uitæ iustis alimenta dedisse,
 Temporibus duris ne periisse queant.
Et licet hi teneant auris non pondera magna,
 Næc sua sint magnis nomina grata uiris.
Attamen est melius Christi retinere fauorem,
 Quam cum peruersis improba facta sequi.
Non fragilis res est uenerari numina sancta,
 Sed pietas semper præmia magna tulit.

SEQVITVR PSAL: 92. PHA
lætio carmine redditus.

EST pulcherrima res Deum fateri,
Et patris celebrare facta nostri.
O altissime te probemus omnes,
Qui donas populo tuo salutem.
Quando sol caput extulit choruscans,
Mater Memnonis ac diem reduxit,
Tunc Christi meritum loquar benigni,
Claris laudibus hunc canam Prophetam,
Constanti quoq; uoce ueritatem
Saluatoris ubiq; prædicabo.
Quando lumina sera uesper affert,
Et cum littora sole molle fiunt,
Cantabo Domini perenne factum,
Quo nos de cruce triste liberauit.
Non solum recitabo grata uerba,
Sed pollex decachorda tanget apta,

Vocalis

Vocalis cytharæ canora plectra
Attingam , lyra dulcis & sonabit,
Cantum buccina rauca concitabit,
Sic præconia læta quisq; dicer.
Lætos nos etenim facis redemptor
Mundi, qui bona multa condidisti.
Delectant manuumq; nos tuarum
Recte facta quibus iuuas egenos,
Qui sunt sæpe pati nefas coacti.
Quam magnum sit opus tuum, profecto
Non quisquam poterit satis referre,
Est & consilium tuum profundum,
Hoc ut nemo sit asseditus unquam.
Hæc abscondita sunt uiris ineptis,
Nec stultus capit ista mente pura.
Quod multi uideantur hic uirere,
Sicut gramina terra quæ reducit,
Et qui pessima facta sunt secuti.
Non hæc prospera signa sunt putanda,
Sed sint perpetuæ reiectionis
Argumenta , quod impij peribunt.
Tu uero superemines per omnes
Aeternusq; manes,tibi dicatos
Conseruas, simul abiçis superbos,
Quod nixi fuerint suis opellis,
In Christo neq; spem suam locarint.
Quare summe Deus feri peribunt
Hostes, qui mala multa sunt locuti,
Qui florere uidentur interibunt.

Hos

Hos & terra uiros hians uorabit:
Dispergas i. omnes, iniuitates
Qui prauas adamare maluerunt.
Sicut Rhinocerotis & recrescit
Cornu, sic iterum meum scatebit.
Præ succo senium meum uirescet.
Hinc damnum simul hostium meorum
Spectabo, melius meis ocellis.
Conabantur enim mihi nocere,
Aures atq; meæ dolosa uerba
Rectè percipient, ut hi fugantur,
Et iustus ueluti tenella palma
Floredit, pariter deum uocabit.
Ut Cedrus Libani tepentis aucta
Crescit, sic Dominum uirent timentes,
Plantati simul in domo parentis
Summi, iam bona multa possidebunt,
In pulchris pius atrijs micabit.
Hos etsi fragilis premat senecta,
Desiccataq; membra languefiant.
Ipsorum tamen incalesceat ætas,
Et sicut scatet herba germinabunt.
Haec iustis benefacta largietur
Christus cunctipotens, & autor orbis,
Ut notum faciat quod adsit æquus
Censor, qui uelut est opaca rupis.
Sicut petra mihi Deus cohæret,
A turbis alienus est profanis,
Sinceram redamatq; ueritatem.

FINIS.

FINI.

Hoc est totus iuris pietatis noscere
Dilectionem misericordiae inuidiis
Quoniam subiectum est iustitiae
Sicut in pietate et iustitate regnare
Qui in iustitia regnare volunt
Pax in iustitia regnare volunt
Hinc quidam utrumque per se continet
Sed quodcumque melius meum esse censet
Conspicuum enim unum invenit
Anas si dicitur johannes natus
Reges pacifici in iustitia regnare
Praecepimus acutis iungit latentes
Habentque postea quatuor decimatis
A. Cyprian. I. D. omnia in iustitia regnare
Ceteri. I. D. omnia in iustitia regnare
Bisacutum quoniam in iustitia regnare
Sunt enim qui possunt possidere
In pietate regnare non possunt
Hoc autem regnare possunt regnare
Deinde secundum mundum regnare
Iustitiam tamen regnare possunt
Ita tamen regnare possunt regnare
Hoc autem regnare possunt regnare
Gloria et amicitia regnare possunt
A. Bonum regnare possunt regnare
Cetero. dicitur enim de regno Christi
Gloria domini noster Dei consenserit
Gloria regnum regnare possunt
A. triplex regnare possunt regnare
Sicut enim regnare possunt
F


ERI
is
ri,
bis
ms.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn898744199/phys_0017](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn898744199/phys_0017)





Vo
Att
Car
Sic
Læ
Mu
De
Re
Qu
Qu
No
Est
Ho
Hæ
Ne
Qu
Sici
Et
No
Sed
Arg
Tu
Act
Cor
Qu
In
Qu
Hof
Qui

image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 093

C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11
Patch Reference Chart TE263

U8 Rosdok 05.15.2000
the scale towards document

æ canora plectra
a dulcis & sonabit,
na rauca concitabit,
æta quisq; dicet.
im facis redemptor
ona multa condidisti.
uumq; nos tuarum
ibus iuuas egenos,
pati nefas coacti,
m sit opus tuum, profecto
n poterit satis referre,
n tuum profundum,
it assecutus unquam.
ta sunt uiris ineptis,
bit ista mente pura.
deantur hic uirere,
terra quæ reducit,
facta sunt seuti.
pera signa sunt putanda,
uæ reiectionis
uod impij peribunt.
mînes per omnes
anes, tibi dicatos
ul abiçis superbos,
int suis opellis,
spem suam locarint.
Deus feri peribunt
la multa sunt locuti,
lentur interibunt.

Hos